


C. ARTESIÆ.




*Pax, honor, & pleno locuples opulencia cornu
Condecorant nomen Caesaris Aemilij.
Hec ita testatur celebris Comitatus hic, addit
Quem domui Austriacæ connubialis amor.*

C. HANNONIÆ.




*Vitiferos inter colles, sylvasq; virentes
Est locus, Hannoniam vulgus inermis vocat:
Hunc diuinus Hymen Primo quondam Aemiliano
Contulit, Austriadum ut clarior esset honor.*

C. HOLLANDIÆ.



*Flagrasti thalamos quàm Chrūs amore iugales
Ambiat, & foveat, pagina sacra docet.
Ex nupta voluit (res mira est) virgine nasci,
Hoc cernens, thalami Maximus egit opus.*

C. SELANDIÆ.



*Sunt mala iuncta bonis quocunq; in munere viuas,
Hic bene si videas sunt bona plura malis.
Sunt bona plura malis, sociam qui iunxerit aptam,
Hic par iuncta pari, annon bona plura malis?*